









A thynnorum, cernebantur quidem pisces à piscatoribus, tanquam qui jam essent in manibus; cum laxarentur autem retia, nihil proficiebant, sed laborem inanem sustinebant. Fuit verò hoc à Diabolica aura impedimentum non in uno tantum aut altero emporio, sed in tota regione maritima usque ad Abydon. Omnes autem simul congregati rogarunt virum sanctum (Parthenium) ut Deum pro eis precaretur. Eo verò precante cum jejuniò & fletu, Deus eis aperuit causam, & Saticanicam operationem. Experrectus autem citra moram profectus est in unumquodque emporium usque ad Abydon, & aquam benedicens, sal iniciens, & Deum invocans, iussit afferri retia, & eo præsentè, piscium confectam facere piscationem. Tunc cum magno gaudio sua retia laxantes, Domini virtute & Sancti precibus, tanta bona consecuti sunt in piscatione, ut præteriti temporis defectum supplererint.

De B. Maccario scriptum reliquit *Palladius in Lausaca hist. cap. 19.* qui feminam veneficis ita incantatam, ut inuentum oculis equa videretur, à præstigiola illa (speculiberravit: nam confectam benedicam à capite ipsius nudè infundens aquam (oratione completa) subito videri eam omnibus feminam fecit: cumque omnium oculi hoc ludibrio præstigiati essent, solius Macarii oculi, etiam cum primùm mulier illa adduceretur, fascinari nequiverunt. Eam ob causam, aliis equam se cernere arbitrantibus, ajebat: Vos equi estis, qui equorum habetis oculos: illa enim mulier est, nec transfigurata in aliam naturam videtur, nisi eorum oculis, qui præstigiis vanitate falluntur.

Narrat *Beda lib. 1. hist. Angl. cap. 17.* Cum S. Germanus Altiiodorensis & Lupus Trecafinæ civitatis Episcopi, in Britanniam ex Gallis navigarent, oppugnatam & expugnatam hæresim Pelagianam, horridica in mari tempestas excitata est, Dæmonibus æquora turbantibus, qui sibi & suæ causæ à tantis orthodoxæ doctrinæ præconibus plurimum metuebant. Intrañt (S. Germanus & S. Lupus) Oceanum, inquit Beda, & usque ad medium itineris, quod à Gallico sinu in Britanniam usque tendit, secundis flatibus navis tua volabat. Tum subito occurrit pergentibus inimica vis Dæmonum, qui tantos talesque viros ad recuperandam tendere populus salutem inviderent. Concitant procellas, cælum diemque nubium nocte subducunt. Ventorum furores vela non sustinent, cedebant ministeria victa nautarum, ferebatur navigium oratione, non viribus, & casu dux ipse vel Pontifex fractus corpore, lassitudine ac fopore resoluens est. Tunc verò, quasi repugnare cessante, tempestas excitata convuluit, & jam navigium superfusus fluctibus mergebatur. Tum B. Lupus omnesque turbati excitant seniores, elementis furentibus opponendum, qui periculi immanitate constantior, Christum invocant, & assumptum in nomine sanctæ Trinitatis levique aspergine, fluctus faventes opprimit, collegam commovet, hortatur universos, oratio uno ore & clamore profunditur. Adest divinitas, fugantur inimici, tranquillitas serena subsequitur, ventus & contrariò ad itineris ministeria revertuntur, decursisque brevi spaciis pelagi, optati litoris quiete possuntur.

B. Perrus Abbas Monasterii Cavensis, ut habetur *Tom. 7. Surii*, Dæmonem sub schemate volucris atrox apparentem, aqua benedicta fugavit, cum enim cuidam fratri animam agenti adesset, frater illi moribundus dixit: In fenestra illa, pater, duæ aves sunt, una valde pulcherrima, alia horribilis valde & nigra. Rogo igitur, ut horribilem illam ejicias. Tunc admirati fratres, qui aderant, cæperunt, quod attentè monstraret, & quod monstrabat, ipsi videre non poterant. Pius autem pater intelligens, quod moriens frater videret aliud, quam viventes possent, aquam exorcizatam sibi afferri iussit; qua profectò dum orando aspergens fenestram tangeret, nigram illam avem protinus discedere idem moriens vidit, cumque Deo gratias ageret, sancta ejus anima carne soluta est.

Petrus venerabilis Abbas Cluniacensis commemorat. In Monasterio Cluniacensi quidam erat ægrotus in articulo mortis, qui videbat domum totam seu cubiculum repleti deformibus, rostratisque personis. Quod cum adverteret, unus ex custodibus, &c. caput locum aqua benedicta aspergere: infirmus autem statim cæpit clamare: Eja, eja, fac, quod facis, quia Diaboli fugientes contendunt alter post alterum summa celeritate discedere.

Cum S. Hubertus Episc. Laodiensis, ut refertur *Tom. 6. Surii*, nocte quadam à Diabolo infestaretur, nec quietus

esse sineretur; puero suo dixit: Aqua, quæ sacerdotali consecratione, sale admixto, benedicta, & ad effugendam inimici nequitiam, orationis virtute, imprægnata est, liquorque olim idem (id est, oleum) Apostolica auctoritate benedicus, huc defertur: quorum aspergine atque litura, mox ita effugabuntur hinc inimici virulentè phantasmate, ut amplius non audeant inferre sua machinamenta.

S. Anno Colonienfis Archiepisc. Dæmonem ad lecticam suam videns, sic affatus est: Quid tu hic agis sceleratissime? Quanquam non mirum est, si nos exiguis, & nullis feros meritis attentes; quando nec beatissimi Martini sanctitate absterrius es, quominus ejus quoque extremis infidareis. Deinde exclamans, num quis opem sibi ferre veller, ubi omnes paratissimos comperit, aquam benedicam petit. Qua celerimè exhibita, aspergillo eam cum impetu in Dæmonem coniecit, isque continuo disparuit. *Idem ibidem.*

S. V. Villibrordus liberavit aqua benedicta infantem à vexatione Dæmonis. Sanctus quoque Norbertus aqua benedicta terrificas Dæmonum impressiones ac illusiones compescuit. *Idem Tom. 3.*

S. Eligius Noviomensis Episc. nitebatur impias quasdam superstitiones in quodam vico, haud procul à Noviomensi oppido, tollere: verum ubi pluribus concionibus nihil proficeret, injuria etiam, atque contumelia ab auditoribus afficeretur, exemplum Apostoli fecutus, tradidit ipsos Satanae in interitum carnis, ut spiritus salvis fieret. Currunt hinc ad Sanctum virum obsecrorum amici, auxilium magnis desiderijs postulantes: sed hoc non, nisi post unius anni penitentiam, promittit Eligius. Tum ad se adductos (erant autem plures quinqueaginta) aqua benedicte aspergione à spiritibus liberat. *Audoen. Rothom. Episcopus lib. 2. vite cap. 20.*

Erant planè viri Dei B. Richardo Gimenfi Abbati familiaris consueto, cum fratres post labores diurnos corpora placido somno recrearent, ut pastor sollicitus supra gregem Dominicum vigilans infomes duceret, & claustra monasterii & singula familiae Dei habitacula penetrando muniret, gestans secum crucem Dominicam, & aquam exorcizatam ad effugandas importuni hostis insidias. *Fulbert. in vita apud G. Surium Tom. 5.*

Non multo ante tempore Antesignanus quidam Calvinista doluit aliquando vehementer apud virum Religiosum, quod in suo districtu (erat enim cultos cuiusdam arcis in Livonia provincia) lupos amplius capere non poterat, ut forebat, causans foveas, quæ in eorum capturam sunt, fuisse à rusticis incantationibus præpeditas. Respondit Pater, habere Iustalem, seu benedicam aquam, quæcum loca illa aspersum se dicebat, ut incantationes illæ dissolverentur. Risit tum Calvinista (ut solent omnia deridentes heretici) subdicens: Ego si præcantiones hujusmodi aqua Iustali dissolutas viderem, luposque propterea capi, crederem profectò divinam esse rem hujusmodi aquam. Erat item in quodam ejus fundo, qui nuncupabatur Parnomyia, quodam quadam lucii, que ita erat demonum vexationibus exposita, ut nullus omnino illum possit inhabitare, ut propterea ruinosus esset effectus. Igitur sacerdos nocte benedixit de more aquam, foveasque illas conspersit, & confectum lupi aliquot capti sunt. Cum deinde in eodem fundo sanctum Missæ sacrificium celebrasset, multis eò convenientibus hominibus, ad domum illam sacro de more processit, domumque facris exorcisiis, & aqua benedicta Iustavit, totamque deinde viciniam, affixitque in cacumine præcelsi montis magnam crucem. Quibus rebus factum est, ut domus viciniaeque tota protus libera à dæmonum infestatione remaneret, ac manifestus eluxit, quàm maxime dæmones aquam benedicam perhorrescant. *Ex lit. Ant. Possessio ad Duciss. Mantue anno 1585.*

Non minoris effecacæ censetur id quod S. Urmatus aqua hac sanctificata egit: Malbodiensis monasterii quandam Montalem Diabolus invalerat, & vehementer eam lanabat. Adfuit Dei providentia. Urmatus Episcopus, qui iussit illi eò ipsam sibi exhiberi. Quod cum factum fuisset, ille non desista, sed de Domini præsumens virtute, accepto libro cæpit legere exorcismum super caput ejus: dehinc benedictò oleo nares, oculosque & os ejus limavit, & protinus immundum ab ea spiritum fugavit: liberata tamen puella, pater quidam qui presentia diaboli feminatus fuerat, adhuc peccatoribus vicinorum inerat: at vir Domini præcepit sibi aquam cum sale

defert.

A deferri. Quibus benedictis, iussit spargi per cuncta monasterii loca, & sic omnis pavor cum auctore suo fatana discessit. *Rathen. Episc. Veron. in vita, Surius Tom. 2.*

Anno Christi Dom. 1554. quidam Antonius Neo-Christianus Curiam se contulit triginta milliaribus Bungo distitum, ubi in viro quendam incidit, cujus gulam ita dæmon ad dies 70. strinxerat, ut tantum non suffocaret: nihil enim cibi nec potus trajicere in stomachum poterat. Ille hominis casum miseratus, memorie divinae misericordiam, qua latrone poenitentem, rogantemque veniam, à peccatis & morte æterna liberavisset, aquam signo crucis in Christi nomine signavit addita oratione Dominica. Deinde arreptum ad antea vitæ scelera derelictanda, Christique fidem, ac veri Creatoris Salvatorisque notitiam adhortatus, cum ille credere se diceret, aquam epotandam dedit, qua sine difficultate haulta, orizam addidit. Ille animo tum deinceps ad baptismum suscipiendum primo quoque tempore protinus inflammatum est, idque opere etiam complevit, abjectis idolis, & orationes Christianas edoctus: verum non multo post vitam cum morte commutavit. *D. Anroultius in Catechismo historico. Tom. 2.*

Appropinquanti Theodoro Sicaorum Archimandrite ad sanctissimam Dei genitricis monasterium, obviam venit illi S. Theodorus Dux regius, & domum suam ad partes superiores vitam duxit virum sanctum, ut eam à magna dæmonum vexatione liberaret: homines enim & animalia rationis expertia ab immundis spiritibus vexabantur: & cum domesticis pranderent, aut cænerent, lapides super mensas jaciebantur, ex quo magnus omnes terror invadebat, & mulierum tale rumperebantur, & tanta murium & serpentum multitudine domum occupabat, ut præformidine nemo in eam ingredi auderet. Domum igitur Dei servus ingressus, totam noctem psallendo, & Deum obsecrando traduxit, & aqua, & benedixerat, totam domum aspergens, eam à spiritibus immundis liberavit. *Simon Metaphrast. in vita circa ann. 613.*

Cuiusdam Pauli filia ad templum accessit, quæ triginta jam annis malè à Dæmone habebatur. Ea cum velle se Christianam esse dixisset, dum illi benedictionis formula traditur, hora meridiana erat circiter, vehementi pariter ipsa timore corripitur. Tum Balthasar ad exorcismos confugit, capiteque mulieri suaderet, ut nomen Jesu, nec non D. Michaelis pronuntiaret. Illa verò distructa gravissime, ore compresso, voce vellet in tantum soluta, respondit: Si Xaca, & Amida, qui legem dedere Japonis, Idola repudiarentur, neminem adorandum esse præterea: neque vero se cuiuspiam vi ab eorum cultu posse abduci. Postridè, qui dies fuit B. Virginis facer, templo Christianis referto, cum mulier quoque adesset, Balthasar sacro peractò quæsit ex ea, quomodo se haberet: Bene cum respondisset: D. Michaelis nomen proferat, inquit ille: tum forma denuò tremere, labiaque constringere. Dæmon autem, Ex illa jam, inquit, abeo: verum tamen quoniam tribus jam ætatibus, patris videlicet, filii nepotisque domicilium mihi in his ædibus collocatum obtinui, propterea nolo discedere. Instare Balthasar iterum, ut D. Michaelem appelleret. Tum energumena, enim verò id esse jam putidum ac molestum: mox etiam contraçto vultu, cum lacrymis: Quò migrem igitur inquit. Cum in eo statu res esset, Christiani qui aderant, in preces dedere sese, nec ita multo post spiritus ille nequam erupit; mulier autem valde levata est, atque integra protinus mentis potum petit, portectamque sibi aquam Iustalem seu benedicam exhibit. Tum iusta dicere, Jesus Maria, tam suaviter pronuntiavit, ut vox Angeli videretur. Ex eo tempore nunquam deinceps à dæmone vexata est, jamque Christiana sacra suscepit. Qui ægroti huc venerere, ex iis ad 330. jam Christiani cernuntur, quorum sermones inter se de beneficiis à Domino post baptismum acceptis, operæ pretium est audire, dum hic patientiam in morbo solendo, ille recuperatam propè valetudinem prædicat. Ferentem autem hujusmodi ægroti, decem alios, quædamque singuli ad Christianam religionem seculum adducere, quorum corpora non alio medicamento curantur à nobis, nisi aqua benedicte, cujus virtus in hoc regno multis exemplis, præsertim verò in oculorum curatione, quibus japoni vulgo laborant, esse comprobata, ut ejus petende causa è leucis 10. vel 12. undique concurratur ad nos. *Jo. P. Massius de reb. Japon. lib. 2. ep. 1. ann. 1554.*

In civitate Siprenti anno Dom. circiter 1484. dum quadam devota mulier cum quadam suspecta malefica verba habuisset, juxta morem muliercularum mutuò rixantium, rixosa; de nocte tamen cum parvulum lactantem cunis imponere voluisset, & mente revolvens ea, quæ de die cum suspecta malefica peregrisset, timens de periculo pueri, herbas benedictas puero supposuit, aqua similis asperit, sal exorcizatam ori parim immisit, cumque signo Crucis munivit, & canabulum diligenter alligavit. Et circa medium noctis vagientem puerum audivit, & dum juxta morem, puerum contrectare, & canabulum in altum propè lectum positum movere voluisset, canabulum quidem movit, sed puerum contrectare, quia aberat, non potuit. Tremens pauperula, & de pueri amissione vehementer dolens, lumine accenso, parvulum vagientem sub lecto, & in angulo sine latione reperit. *Ex malleo malef. Springeri. p. 2. q. 1.*

Hinc accedant pleræque exempla, infra Tit. Dæmones expulsi, fugati.

Morbi depulsi, & mortui excitati.

Innumera existant hujus rei exempla. Nos pauca ex probatis scriptoribus libabimus.

Uxor quædam cuiusdam locupletis nobilis, inquit *Theodoretus in Macedonio*, incidit in morbum ingluviem. Et alii quidem eum morbum appellabant operationem seu vexationem dæmonis: alii eum existimabant imbecillitatem corporis. Sive autem hoc, sive illud esset, erat hujusmodi. Dicebant, eam comedentem in die triginta gallinas, non posse appetitionem extinguere faciatæ, sed adhuc alias appetere. Cum sic ergo in ea consumerentur facultates, ejus miserè, qui ad eam atinebant, divinum illum hominem (Macedonium) obsecrant. Ille autem venit quidem, & precatus est, & cum aquæ dexteram imposuisset, & salutare efformasset signaculum, & iussisset bibere, curavit morbum; & adeò retudit immoderatam illam appetitionem, ut deinceps parva aliqua gallinæ particula quotidie ejus alende usum impleteret.

De eodem Macedonio ibidem *Idem Theodoretus*. Mulier quædam nobili loco nata, & longè ditissima, ea eum vocabatur Assyria, erat quidem emote mentis, è domesticis autem agnoscebat neminem: ut cibum autem & potum sumeret, ferre non poterat. Plurimo autè tempore assiduo delirabat: & hoc alii quidem dicebant esse vexationem seu operationem dæmonis: Medici autè dicebant esse morbum cerebri. Cum omnis ergo ars esset consumpta, & ex ea nullum daretur auxilium, ejus maritus, erat autem is Abrodianus, vir qui & erat ex magistratibus, & magna dignitate præditus, ad divinum illud caput accurrens, narravit morbum conjugis, & oravit, ut ea assequeretur curationem. Cessit vir divinus: & domum quidem venit, & magno ac vehementi studio Deo obtulit orationem. Perfecta autem oratione, cum iussisset aquam afferri, & fecisset figuram salutaris signaculi, iussit illam bibere. Cum autem prohiberet medicum, upotè quod potu aquæ frigida: morbus cresceret, expulsa tota illorum caterva, obtulit mulieri potionem. Illa autem simul ac bibit, ad se rediit, & à morbo omnino liberata divinum virum agnovit, & ut dextram acciperet, rogavit, oculisque eam imposuit, & ori admovit, & deinceps semper fuit mentis compos.

De Jacobo non illo Nisibeno, sed alio, qui tempore Theodoretii vivebat, ista generatim *Theodoretus*. Illius benedictione multæ exstinctæ sunt, & extinguuntur febres, & multæ ægritudines cessant, & omnino abierunt. Multi autem Dæmones coacti sunt fugere, & aqua, quæ ab illius dextera benedicatur, fit salutare pharmacium.

S. Joannes Chrysothomus, oblata sibi muliere, quæ dyenteria laborabat, iussit aquam afferri, cui cum divinum signaculum iniecerit Pontifex, mulieri infudit in Christi nomine: Quod cum factum esset, quæ in lecto decumbebatur, statim surrexit sana, & cum marito & civibus una voce unanimes Christum magnificabant. *Tom. 1. Surii.*

Pattavit hoc miraculum S. Chrysothomus ante Episcopatum Constantinopolitanum, cum adhuc Antiochiæ verteretur. Fuerat autem femina hæc hæresi Marcionis cum marito suo contaminata, & frustra apud suos remedium quaesierat, ut liquet ex Encomio S. Chrysothomi, quod sancto huic Leo Imperator scripsit; cujus en tibi verba: Eodem morbo quo Civitas (Antiochena) laborabat etiam præses civitatis, & hæc erat causa, quòd malum crederet. Quid ergo facit Deus, qui animatum salutis semper providet? Uxorem præsidis ferit morbo dyenteria. Et ea quidem omnes accerit, nihil ei autem proficit; sed omni ex parte auxilio desecit. Deinde quid? Confugit ad Hereticos. Il quoque aggrediuntur ad trium dierum usque præcationem,

nec



A nec quidquam proficiant. Nescit rursus, quid agat mulier. Tandem statuit ad virum divinum confugere. Deinde id dicit suo marito. Perfuadet. Postremo venit ad servum Dei. Joannes de his confert cum Episcopo. Eis procedit obviam, ex Ecclesia arcens, tanquam indignos. Arguit haereticos. Petunt ipsi veniam. Assentiuntur veritati, maxime autem mulier. Cum sanctus aquam attulisset, rogat Episcopum, ut factum signaculo Crucis ter mulieri aquam adpergat. Hoc cum factum esset, statim mulier accepit sanitatem, reversa suis pedibus, & pulchre affecta, reddens quaecumque erat pollicita. Hac Leo, qui rem ita refert, quasi feminae aegrotae non Joannes, sed Episcopus aquam benedictam affuderit.

Idem S. Chryostomus febricitantem puerum, vi morbi jam ad extrema deductum, pristinae sanitati restituit aqua, quam cum ter signasset in nomine sanctae Trinitatis, & ter ea aspersisset illum, qui aegrotabat, sanum a morbo liberum reddidit ei quae genuerat. *In vita ejusdem.*

Illustre exemplum de Fortunato, Episcopo Tudertino, commemorat S. Gregor. l. 1. Dial. c. 10. Nam cum quidam Gothus duos parvulos puerulos abstulisset, nec eos ut redderet, precibus Fortunati, nec oblato etiam pretio induci potuisset, contristatus Episcopus dixit: Scio, quia tibi non expedit, quod me contristato discedis. Quae Gothus verba despicens, ad hospitium reverens eisdem pueros, de quibus agebatur, equis superimpositos cum suis hominibus praemisit. Ipse vero statim ascendens equum, subsecutus est. Cumque in eadem civitate ante B. Petri Apostoli Ecclesiam venisset, equi ejus pes lapsus est: qui cum eo corruerit, & ejus coxa mox fracta est, ita ut in duabus partibus os esset divisum: levatusque in manibus reductus est ad hospitium. Qui festinus misit, & pueros, quos praemisera, reduxit, & viro venerabili Fortunato mandavit, dicens, Rogo te, pater, mitte ad me Diaconum tuum. Cujus Diaconus dum ad jacenter venisset, pueros, quos redditurum ipse Episcopo omnino negaverat, ad medium deduxit, eosque diacono illius reddidit, dicens: Vade, & dic Domino meo Episcopo, quia male dixi tibi, ecce percussus sum: Sed pueros, quos quaesivisti, recipere, & pro me rogo, intercede. Suscepisti itaque puerulis, Diaconus ad Episcopum reduxit, cui benedictam aquam super membra illius adpersit. Res mira & vehementer stupenda: mox ut aqua benedicta Gothi coxam contigit, ita omnis fractura solidata est, & saluti pristinae coxae restituta, ut hora eadem de lecto surgeret; & ascenso equo ita cepit iter agere, ac si nullam unquam lesionem corporis perulisset. Factumque est, ut qui sancto viro Fortunato pueros cum pretio reddere obedientiae subiectus noluit, eos sine pretio poena subactus donaverit.

Ad S. Theodorum Archimandritam accessit quidam lepraem habens in toto corpore, ac obsecrans, ut pro se precaretur: ipse autem precibus adhibitis jussit, ut exueretur, accepta aqua, precatus est ad hunc modum: Domine Jesu Christe Deus noster, qui per Eliseum Prophetam mundasti Naaman Syrum a lepra, quique cum ad nos benignitate tua descendisses, factus homo, antequam mortem subires; verbo leprosum curasti, aspice aquam hanc, & benedicens ei concede, ut valeat ad emendationem praesentis servitui, ut sanus recedat, ad laudem & gloriam sancti nominis tui. Petentis precibus, & extensa manu, & signans eum figura Crucis aquam illam in caput ejus effudit, & statim ab eo lepra discessit, & totum ipsius corpus mundatum est, & abijt laudans Deum. *In vita S. Theodor. Tom. 2. Suri.*

In eadem Historia haec leguntur. Cum in Ancyranorum Metropoli magna lues in homines, armenta quoque deserviret, ejus Metropolis curatores ad Dei servum accedentes, secum abduxerunt, cumque filias haberent monachas in sanctissimo Dei genitricis monasterio, quod Beata vocatur, rogaverunt eum, ut ibi moraretur, & pro illis Deum obsecraret. Constituto autem supplicationis die, omnes cives & agricolae conveniunt ad supplicandum, & ipse cum illis Deum obsecrans, ab ea peste ipsos liberavit. Aquam praeterea benedixit, qua conpergebantur armenta, & libera erant: quam obrem gratias agentes Deo Metropolitae, virum sanctum ad ejus mansionem reduxerunt.

Idem S. Theodorus aqua benedicta caecum illuminavit. Mulier, cum filium quadriennem caecum haberet, in ulnis eum suis ad virum sanctum gestavit, & multis lacrymis ante illum prostrata, puerum ad pedes ejus deposuit, supplicans, ut lumen oculorum illi largiretur. Vir beatus cum pueri oculos obgnasset, eisque benedixisset, aquam benedictam matri dedit, praecipiens, ut aqua illa quotidie

filii oculos lavaret. Quod cum ter egisset mater, quartae die filium sanum ad sanctum virum adduxit laudans Deum.

Idem sanctus filium Imperatoris beneficio aquae benedictae a lepra liberavit. Contigit, ut unus ex filiis Mauricii Imperatoris lepra morbo laboraret, cui cum medici nullam possent operam afferre, Imperator virum sanctum accersendum curavit, qui in Palatium, ubi puer jacebat, ingressus, & pro illo preces ad Deum fundens, aquam benedixit, cumque illum aspersisset, reliquum aquae dedit, ut rursum conpergeretur, & sancti viri precibus puer sanus effectus est.

Alium quendam, cui facies post tergum detorta erat, curavit S. Theodorus aqua benedicens, & Accipie, inquit, & hac re faciem conperge, sed in Christi nomine, cum reverentia ad precationem, te sanum & incolumem inveniemus. Quod & factum.

De S. Cuthberto Lindisfarnensi Episcopo haec in ejus vita venerabilis Beda. Cum electus ad Episcopatum viri Domini Cuthbertus, suam remeasset ad Insulam, alicuique antiquum temporis fecerit, Domino solita devotione militaret, F. evocavit eum venerabilis Episcopus ejus Beata, & aequo ad suum colloquium Malros venire praecipit. Quo expleto colloquio, dum domum redire cepisset, occurrit illi comes quidam Egridi Regis, rogavitque obnix, ut ad benedictionem dandam, in villulam suam, domumque diverteret: quod cum pervenisset, & gratifico omnium susceptus esset officio, indicavit ei vir de infirmitate famuli sui dicens: Deo gratias, sanctissime Pater, quod nos videre, nostramque domum intrare dignatus es. Et vero credimus, quia maximum nobis lucrum & mentis & corporis praesert adventus tuus. Est autem nobis famulus pessima diutius infirmitate cruciatus, & in tantum doloris hodie perducitur, ut morienti similior, quam languenti, appareat, extrema namque corporis parte praemortua, pro modicum ore & naribus suam trahere videtur. Qui consensit benedixit aquam, & dedit ministro Comitis nomine Baldehmo, qui nunc usque superest, & in Ecclesia Lindisfarnensi presbyteri gradum officio tenet, moribus implet, virtuteque viri Dei cum dicit scire volentibus, referre, melle dulcius habet, & qui mihi hoc ipsam, quod refero, miraculum narravit. Huic ergo G. dans aquam benedictam vir Dei: Vade, inquit, & gustandam praebere languenti: qui dicitis parens, attulit aequo tantum: quam dum tertio oris ejus infunderet, contentum contra morem se quietum dimisit in soporem. Erat enim jam vespera: qui etiam silentio transegit noctem, & visitanti se domino suo salvus mane apparuit.

De eodem idem Beda. Quodam die, dum parochiam suam circumiens, monita salutis omnibus ruri casis & viculis largiretur, nec non etiam nuper baptizatis ad accipiendam Spiritus sancti gratiam manum imponeret; devenit ad villulam cuiusdam Comitissae, cujus uxor male habens, quasi proxima morti jacebat; cui jam venientia occurrens ipse Comes, flexis genibus gratias egit Domino de adventu illius. Et introducens eum, benignè recepit hospitio. Cumque lotis, more hospitalitatis, manibus & pedibus, resedisset Antistes, cepit referre illi vir de languore conjugis desperatè, obsecrans, ut ad adspargendam eam, aquam benediceret: Credo, inquit, quia mox aut sanabitur, Deo donante, restituetur, aut si moritura est, perpetuum de morte transeat ad vitam, citiusque moriendo compendium H. tam miserabilis, ac diurnae vexationis accipiat. Annuit deprecanti vir Dei, & allatam benedicens aquam, dedit presbytero, praecipiens, ut super languidam aspergeret: qui introgressus cubiculum, in quo illa exanimi simillima jacebat, aspersit illam, & lectulum ejus: sed os ejus aperiens, gustum salutaris haustus immisit. Res mira & vehementer stupenda: mox ut eam aqua benedicta terigit languentem, & quid erga eam ageret proflus ignorantem, ita plenam mentis & corporis sanitatem recepit, ut consensit respiciens benediceret Dominum, gratiasque referret ei, qui tales tantoque hospites ad se visitandas, curandamque destinare dignatus sit. Nec mora, exsurgens, ipsis suis sanitatis ministris ministerium sana praebuit, pulchroque spectaculo ipsa prima de tota tanti viri famula Episcopo potum refectionis obtulit, quae per ipsius benedictionem poculum mortis evasit: secuta exemplum socrus Apostoli Petri, quae curata a febribus per Dominum, continuo surgens ministrabat illi, ac discipulis ejus.

Alcimus in vita S. Vasiliorardi. Est in Trevirensi Civitate Mona-

A Monasterium puellarum, quod tempotibus Vvilibrodi Episcopi pestis aecrima invasit: cuius acerbitate multae ex ancillis Domini moriebantur; quaedam vero longo infirmitatis dolore jacebant in lectulo; caeterae vero nimio terrore turbatae, quasi praesentem mortem metuebant. Et quia prope est praedictae civitati sancti viri Monasterium, quodappellatur Esternaco, in quo usque hodie sanctus ille requiescit corpore, & ejus posterit ex legitima traditione Patris, & piissimorum pietate Regum, tenere noscuntur; ideò antedicti feminae Monasterii, audientes sanctum virum illic venire, statim miserunt legationes, postulantes eum non tardate venire. Qui beati Petri principis Apostolorum mitissimo doctus exemplo, de Joppe ob viduarum Christi petitionem venientis Lyddam, ut sanctam suscitaret Thabitam: ad illas: & veniens mox in eodem Monasterio Missa pro infirmis celebrata, aquam benedixit, aqua & domos illarum adpersi jussit, & agrotantibus potandam transtulit: quae cito, divina donante misericordia, convalesce, nec ullae in illo Monasterio praedicta peste exinde moriebantur.

B De Joanne Hagulstadensi Episcopo venerabilis Bedalib. 5. *Hist. Angl. cap. 4.* Villa erat Comitissae cuiusdam qui vocabatur Puch, non longe a monasterio nostro, id est, duorum ferme milliium spacio separata, cujus conjux quadraginta ferme diebus erat acerbissimo languore detenta, ita ut tribus septimanis non posset de cubiculo, in quo jacebat, foras efferri. Contigit autem, illo tempore virum Dei illo ad dedicandam Ecclesiam ab eodem Comite vocati: cumque dedicata esset Ecclesia, rogavit Comes eum ad praedandum domum suam ingredi: reuuit Episcopus, dicens, sed ad monasterium, quod proximum erat, reverti debere. At ille obnixus precibus instans, vovit etiam se elemosynas pauperibus daturum, dummodo ille dignaretur ea die domum suam ingrediens, jejuniu solvere. Rogavi & ego una cum illo, promittens etiam me elemosynas in alimonia domum inopum dare, dum ille domum Comitissae pransurus, ac benedictionem daturus intraret. Cumque hoc tardè ac difficulter impetraretus, intravimus ad sciendum. Miserat autem Episcopus mulieri, quae infirma jacebat, de aqua benedicta, quam in dedicationem Ecclesiae consecrata, per unum de his qui mecum venerat fratribus, praecipiens, ut gustandam illi daret, & ubicumque maximum ei dolorem inesse didicisset, de ipsa eam aqua lavaret. Quod ut factum est, surrexit statim mulier sana, & non solum se infirmitate longa curavit, sed & perditas dudum vires se recepisse sentiens, obtulit poculum Episcopo, ac nobis: ceptumque ministerium nobis omnibus propinandum, usque ad prandium completum non omisit: imitata socrum beati Petri, quae cum febrim fuisse ardoris fatigata, ad tactum manus Dominicae surrexit, & sanitate simul ac virtute recepta ministrabat eis.

S. Menegundis Quartanariis (quartana febris laborantibus) & gulam dolentibus, data benedicta aqua, sepius medebatur, ut scribit Gregor. *Turonensis lib. de gloria Confess. cap. 24. & cap. 82.*

Idem Gregor. de S. Hesychio recluso. Quartanariis tam praesens benedictio eras, ut aquam tantum benedictam adhibendam tribuens, continuo redderet sanitati.

B. Vvinvalocus Abbas discipulum quendam suum a serpente morifero morsu ictum sanavit, cum ei bibendam D. dedisset aquam, oleo ipsius benedictione factato permixtam. *Tom. 2. Suri.*

Sanctus Anno Archiepiscopus Colonienfis juvenem hydropicam aqua benedicta, & crucis signaculo curavit. *Tom. 6. Suri.*

Albertus Episcopus Sveffionensis rogatus a quadam muliere, quinque ejus filios gravi morbo laborantes, per aquam benedictam pristinae sanitati reddidit: qui pra multa commiseratione ingemiscens oravit Dominum, deinde aquam consecrans, totam domum & agrotos illos conperisit, atque ad eos: In nomine Domini nostri Jesu-Christi prope facillat morbus iste, & vos quamprimum valeantes, matris vestrae usque adeo afflictae ministerio non egeatis. Derepentè adest virtus Salvatoris, & omnes proliu incolumes & ceteris surgunt. *In vita S. Alberti.*

S. Anselmus Archiepiscopus Cantuariensis caeco visum reddidit, aspergens oculos ejus aqua sanctificata. *In vita S. Anselm. Tom. 2. Suri.*

S. Bernardus febricitantibus multis manus imponens, & aquam benedictam porrigenas ad bibendum, sanitatem ob-

tinuit, inquit Bern. Abbas *Bonevallis*, scriptor rerum a S. E. Bernardo gestarum.

S. Malachias, Hyberniae Episcopus, filium Regis Scotiae, jam ad limen mortis provecum, curavit; nam aqua, cui benedixit, asperit juvenem, & intruens in eum, ait: Confide fili, non morieris hac vice. Dixit hoc, & de se sequent, secundum dictum Prophetae, secuta est sanitas. Eodem aqua benedicta remedio curavit idem S. Malachias feminam phreneticam. *S. Bernard. in vita S. Malach.*

Idem S. Malachias, teste eodem S. Bernardo, mulierem carcinomate infectam liberavit. Nam ubi aqua, cui benedixit, asperita sunt ulcerum loca, dolorem non sensit. Die vero sequenti vix ulcera apparebant. Diarrhitem Comittem, lecto affixum, asperitione benedictae aquae idem Malachias surgere fecit sine mora.

S. Domnolo Episcopo Cœnomanensi oblatum est quidam, quem diuturna febris vehementer afflictabat. Qui motus misericordia, aquam jussit adferri; allatam, cum prius Christi nomen invocasset, & eam cruce consignasset, puer bibendam obtulit. Bibit ille, & Christo propitio, meritis F. Episcopi, continuo sanus effectus est. *Tom. 3. Suri.*

S. Columba Scorus casum Monialis cuiusdam, quo coxam confrigerat, prophetiae spiritu agnosceus, fratrem quendam, Lucaidum nomine, eò ablegavit; quem ita quoque affatus est, teste *Adam. lib. 3. de vita S. Col.* In hac praeriter nocte, casu aliquo, Maugina sancta virgo, ab Oratorio post Missam domum reverfa, titubavit, coxaeque ejus in duas fracta est partes, haec sepius meum inelamitans nomen commemorat, à Domino sperans se accepturam per me consolationem. Quid plura? Lugaido obsecundanti, & consequenter emigranti sanctus pineam tradit cum benedictione capellam, dicens: Benedictio quae in hac capellula continetur, quando ad Mauginam pervenies visitandam, in aqua vasculum intringat, eademque benedictionis aqua super ejus infundatur coxam, & statim invocato Dei nomine, coxale conjungetur os, & densabitur, & sancta virgo plenam recuperabit salutem. Et hoc sanctus addit: En ego ponam in hujus capellulae operculo numerum viginti trium annorum, quibus facta virgo in hac praesentia post eandem salutem victura est vita. Quae omnia sic plenè expleta sunt, sicuti à sancto praedicta. Nam statim ut Lugaidus ad sanctam pervenit Virginem, aqua benedicta, sicut sanctus commendavit, persusa coxa, sine ulla morula condensato osse, plenè sanata est; & in adventu S. Columbae cum ingenti gratiarum actione gavisa, viginti tribus annis, secundum sancti prophetiam, post sanitatem in bonis actibus permanens vixit.

De eodem Sancto idem Auctor ibidem. Vir vitae praedictabilis, sicuti nobis ab expertis traditum est, diversorum languores infirmorum, invocato Christi nomine, illis in diebus sanavit, quibus ad Regum pergens condicium, in dorso caetæ brevi commoratus est tempore. Nam aut sanctae manus protensione, aut aqua ab eo benedicta, aegroti plures aspersi, aut etiam fimbriae ejus tactu amphibali, aut alicujus rei, falsi videlicet, vel panis, benedictione accepta, & lymphis intrincta, plenam credentes recuperant salutem. Ubi unum quali in cumulum plutum rerum benedictarum miracula congesta cernis.

S. Edmundus, Cantuariensis Episcopus, à Clerico febrim H. aqua benedicta depulit. *Tom. 6. Suri.*

Si quis quovis morbo detentus aquam à sancto viro (Al-demario, monacho Cassinensi) benedictam in potum accepisset, saluti pristinae, dicto citius, reddebatur, teste *Chronico Cassinensi lib. 3. cap. 55.* Subjungunt Centuriatores hanc censuram. *Cent. 11. cap. 13.* Sic decet fascinare homines. Quodnam hic fascinationis argumentum? Qui fascinantur, non liberantur à morbis. At isti hanc aquam bibentes verè, videntibus & latentibus omnibus, & ipsimet etiam aegrotis attestantibus, liberantur. Et quid facilius, quam animadvertere, utrum quis ab infirmitate, qua tenebatur, evaserit? Nam si nunc firmus sit viribus, eaque omnia agat, quae valentes agere solent; nihil dubitationis de bona ejus valetudine relinquit potest: & qui hic aliquid fascinationis fonnari, is Helleboro eget.

In vita S. Vvinvalocae Abbatis, luculentum mortui per benedictam aquam excitati miraculum perceretur, *Tom. 2. Suri.* Materfamilias quaedam haud procul ab Vvinvalocae Monasterio, gravi languore ad mortem usque vexabatur. Ejus filius à viro Dei in Monasterio instituebatur: qui multum



Atum suæ matri condolens, sua visitatione eam levare voluit. Abiturus autem a sancto Vvivaloco aquam benedictam accepit. Ubi autem ad ejus venit aedes, illa jam obierat, & ad penarum loca, ut sancto Vvivaloco oranti divinitus revelatum erat, perducta fuit. Circumstantibus exanime corpus amilacrymantes, & funeri opportuna preparantes, ac filius ejus, sperans adhuc vitali eam fuisse salutem, aquam sanctificatam illi asperxit, dixitque clara voce; Sane te, mater, Dominus Jesus Christus, in cuius nomine magister meus tam multos curat variis morbis affectos. Ad hæc verba surrexit illa, tanquam a somno excitata, sedebatque in lectulo multum sudans, quasi multo fuisset fatigata labore. Et primo quidem omnes qui aderant, prout in faciem corruerunt, & Deum in S. Vvivaloco virtutem suam mirifice declarantem unanimiter collaudarunt: dein de verò ex illa percunctabantur, quo pacto effect suo restituta corpori. Tum illa, Dæmonum, inquit, turba me circumdedit, vindictique manibus ac pedibus ad loca tormentorum perduxit. Interim verò S. Vvivalocus nobis venit obviam, demonesque his vocibus increpavit: **Quanam hæc vestra est temeritas & audacia, ut hanc mihi juris famulam vobis vindicetis? Mox illi confternati & territi, viro Dei me permiserunt, cuius precibus sum ad vitam revocata.**

Aqua abs se benedicta revocavit S. Patricius mortuum equum ad vitam, herumque equi, a limine mortis, eodem pharmaco reduxit; nam cum Dairi (id nomen viro) ob injurias viro Dei illatas in lethalem morbum incidisset, dixit uxor: Causa Christiani est hæc mors: Ear quis cito, & portentur ei beneficia (hoc est, munera) nostra, &c. Exeunte ergo duo viri ad S. Patricium, dixerunt ei: Ecce infirmatur Dairi, portetur illi aliquid ære, si forte sanari possit. Sanctus autem Patricius sciens quæ facta sunt, benedixit aquam, & dedit eis dicens: Ite, aspergite dominum vestrum, & equum ejus hæc aqua, & fecerunt, sicut præcepit eis sanctus vir, sanatusque est Dairi, & revixit equus aspergite aqua sanctæ. *Hæc Probus in vita S. Patricii lib. 2. Tom. 3. Bedæ.*

Ex cuius posterioribus verbis intelligimus, Dairi non fuisse vita functum. Quare cum paulo ante Probus aiebat: repentina mors irruit super Dairi: id de mortifero morbo accipiendum erit, posito effectu pro causa, morte scilicet, pro mortifero morbo.

S. Laurentius Hibernus Archiepiscopus aqua benedicta & signo crucis confestim sanavit inflicium sibi a quodam furioso vulnus. *Tom. 6. Surii.*

S. Macarius aqua benedicta, & cruce in eam immissa, moribundum pristinæ sanitati restituit. Eodem pharmaco subvenit S. Hugo cuidam phrenetico. *Tom. 2. Surii.*

S. Eugenius Diaconus puerum mortuum revocavit ad vitam aspergite aquæ, quam S. Zenobius Episcopus benedixerat, ut ex aliis refert Philippus, Fertarius, in Catalogo Sanctorum Italiae.

S. Euphrasia per aquam benedictam ex gravi vulnere, Diabolicis insidiis sibi inflicto, curata est; ut in ejus vita legimus, *Surii Tom. 2.*

S. Hugo aquæ benedictæ oblatu haustu serpentem ex mulieris cuiusdam utero depulit. *Ibid.*

S. Maclovius Confessor & Pontifex aqua benedicta, vel hederæ folio aquæ benedictæ intincto, sanavit quandam a serpente lethali terentem. Rem ita narrat *Sigebertus in ejus vita. Tom. 6. Surii.* Filia Comitum, qui pago Santonico principabatur, per patris sui vicarium cum pedisequis suis exercebatur: ubi dum incaute incedit, venenoso oculi serpentis icu vulnerata ingemuit, & magnam cunctis ejulandi occasione dedit. Pater inconsolabiliter lugebat, mater materno dolori temperare nesciebat, quæ vitam filie inter spem & metum fluctuare videbat. Omnis familia lamentabatur, tota civitas ferali justitia afficiebatur. Tandem hoc folium dolor admisit consilium, ut quia nihil humanum poterat valere auxilium, a beato Maclovio divinum quaereretur solatium. Uti consultum est, ita & factum est. Ad pedes Maclovii ventum est, & votum fideliter petentium frustratum non est. Episcopus ad orationis subsidium confugit, aquam exorcizatam benedixit, ex ea solum hederæ perfridit, solum loco vulneris superposuit. Contra vim sacre benedictionis non potuit subsistere vis venenose pestis: videres ex imis visceribus pestiferum virus elici, & ad locum folio hederæ obductum contrahi. Quod stillando in terram guttatim, corpus puellæ reddidit illæsum. Ita me-

ritis Maclovii redintegrata est puellæ sospitas, aucta est patris eorum iudicia, cunctos benedictis & audientes confortavit in fide Christi miraculi novitas. Pater non ingratus beneficio, villam suæ proprietatis delegavit Dei famulo, ut haberet unde tribueret necessitatem patientibus pro Christo.

Idem S. Maclovius Principi Britanniae minoris seu Gallicanæ, aqua benedicta, & oleo consecrato visum restituit.

*B. Gregor. Turonensis* insigne refert exemplum in *vita Patrum Anno Dom. 506.* in vita S. Quintiani Arvernæ civitatis Episcopi, his verbis: Postquam peractam stragem cladis Arvernæ, Hortensius unus ex Senatoribus, comitatum urbis illius agens, quandam de parentibus sancti Honoratum nomine in urbis platea nequireret retineri iussit: quod celeriter beato viro nunciatum est, tum ille per amicos suos capere rogare, ut eum data audientia solvi juberet, quod ille nullatenus præstitit. Tunc beatus Senex deserti se in plateam, quæ ille tenebatur, juberet: alatus autem rogabat milites, ut eum dimitterent: illi verò timentes, obedire ausi non sunt Pontifici. At sacerdos: Ad domum, inquit, Hortensii me velociter deportate; erat enim senex valde, & propriis pedibus ire non poterat: deferentibus autem eum in domum Hortensii ministris ejus, excutiens in eam pulverem calcemque sui, ait: Maledicta sit domus hæc, & maledicti habitatores ejus in sempiternum, si hæc, & maledicti non sit qui habitet in ea. Ex dicit omnis populus, Amen. Eradjecit: **Quæ, Domine, nunquam de istius generatione promovetur nisi quæ ab Episcopo aut ex ea sacerdotis, protinus omnes familie, quæ in domo illa erant, a febre corripiantur, & parumper ingemiscens spiritum exhalabant; quod cum jam die tertia ageretur, videns Hortensius sibi nihil de suis servis reservari, timens, ne etiam ipse pariter interiret, ad sanctum virum moestus ingreditur, projectisque ad pedes ejus cum lacrymis veniam rogat, quam ille benignissime indulgens, benedictam aquam domui transfudit: illaque per parietes respecta, omnis ægritudo protinus est depulsa, ac magna ibi virtus apparuit: nam & qui morbum incurrerant, sanati sunt, & qui sanati erant, ultra non incurerunt.**

In Jurensi monasterio viri Domini **ODILO** Abbas Cluniacensis aliquando constitutus, reperit puerum nomine Gerardum, terribili caduce passionis languore detentum, qui sapissime quasi lunaticus corruerat, & sic eum occidit languoris impetus obruere consueverat, ut in eo neque vox, neque memoria, nec profus aliqua membrorum officia remaneret, ac ferè a mortuo nihil distaret. Huic homo Dei misericorditer descendens, fratribus, ut pro eo dei elementaria deprecarent, injungit: ipse verò ad sacrosanctum altare, Missam celebraturus, accedit: eger etiam uti interesset, admonuit. Cui mox Eucharistiæ salutatis munus tradidit: deinde, sicut sibi moris erat, sanctificatam aquam cum beati Majori calice propinavit. Nec mora, protinus a puero languor omnis abcessit, salus optata succedit: & sic per merita beati viri restituit sibi vigoris incolumitas permansit. *P. Damian. in vita ann. 1048.*

Quadam die Gothi juxta Tudertinam civitatem venerunt, qui ad partes Ravennæ properabant, & duos parvulos pueros de possessione abtulerant, quæ possessio præfata Tudertinæ civitati subjacebat. Hoc cum viro sanctissimo Fortunato nunciatum fuisset, protinus misit, atque eosdem Gothos ad se vocari fecit. Quos blando sermone alloquens, eorum prius studuit aperitatem placare, ac post intulit dicens: **Quale vultis pretium dabo, & pueros, quos abtulistis, reddere, mihi hoc gratæ vestræ manus præbere. Tunc is, qui prior coram esse videbatur, respondit dicens: Quodquid aliud præcipis, facere parati sumus: nam istos parvulos nullatenus reddemus. Cui venerandus vir blandè minatus dicit: Contristat me, fili, & non audis patrem tuum: noli me contristare; nam non expedit tibi. Sed idem Gothus in cordis sui feritate permanens, negando discessit. Die verò illius digressurus, rursus ad Episcopum venit, quem illdem verbis pro dictis puerulis iterum Episcopus rogavit. Cumque ad reddendum nullo modo consentire voluisset, contristatus Episcopus dixit: Scio, quia tibi non expedit, quòd me contristat discedis. Quæ Gothus verba despiciens, ad hospitium reverens eosdem pueros de quibus agebatur, equis superimpositos cum suis homi-**

A hominibus præmisit: ipse verò statim ascendens equum, subsecutus est: cumque in eadem civitate ante B. Petri Apostoli Ecclesiam fuisset, equi ejus pes lapsus est: qui cum eo corruerit, & ejus coxa mox fracta est; ita ut in duabus partibus os esset divisum: levatusque in manibus, reductus est ad hospitium. Qui festinus misit, & pueros, quos præmiserat, reduxit, & viro Fortunato venerabili mandavit, dicens: Rogate, pater, mitte ad me Diaconum tuum: cuius Diaconus cum ad jacentem venisset, pueros quos reddidit: Episcopo omnino negaverat, ad medium deduxit; eosque Diaconus illius reddidit, dicens: Vade, & dic Domino meo Episcopo, Quia male dixisti mihi, ecce percussus sum; sed pueros quos quaesisti recipere, & pro me rogo, intercede. Suscepit itaque pueros Diaconus ad Episcopum reduxit, cui benedictam aquam venerabilis Fortunatus statim dedit, dicens: Vade citius, & eam super jacens corpus projice. Perrexit itaque Diaconus, atque ad Gothum introgressus, benedictam aquam super membra illius asperxit. Res mira & vehementer stupenda: mox ut aqua benedicta Gothi coxam contigit, ita omnis fractura solidata est, & saluti prillina coxa restituta, ut hora eadem de lecto surgeret, & ascenso equo iter ageret, ac si nullam unquam lesionem corporis perulisset. Factumque est, ut qui sancto viro Fortunato pueros cum pretio reddere obedientiæ subiectus noluit, eos sine pretio pœna subactis donaret. *Ex D. Greg. Baron. T. 7. annal. an. 537. n. 11. 12. 13.*

*Vide infra* **Morsu serpentum sanati & febres depulsa. Periculum aborsus depulsum.**

Insigne hujus rei exemplum legitur in *Hist. Religiosa Theodoretii*, in Macedonio, quod, quia Theodoretum ipsum concernebat, ideo accurate & copiose ab ipso literis mandatum est. Cum Mater mea, inquit Theodoret, una cum patre meo habitasset tredecim annis, canon fuerat facta mater filiorum: erat enim sterilis, ut quæ fructum ferre a natura prohiberetur: & ipsa quidem id non valde ægre ferebat. Quæ cum erat in rebus divinis erudita, credebat hoc esse utile: magnam autem molestant accipiebat pater, quòd careret filiis, & circumquaque curantibus, rogabat Dei servos, a Deo ei pererent filios. Alii ergo pollicebantur se & Deum deprecaturus, & jebant, ut esset Dei voluntate contentus. Hic autem homo divinus (Macedonius) est aperte confessus, se unum petiturum ab universi opifice, & se petitionem accepturum esse pollicitus. Cum tres itaque anni præterissent, & promissio finem non accepisset, rursus accessit pater promissum exigens. Ille autem iussit, ut ad se mitteretur conjux. Cum autem venisset mater, dixit ille viri divinus, se & petiturum, & eam filium accepturam, & quòd oportet eum ei, qui delectat, dedicari. Cum autem mater solam rogaret, utaniam salutem acciperet, & ut liberaretur a gehenna: præter hoc, inquit, liberalis & munificus Deus dabit tibi filium. In enim qui purè & sincerè petunt, duplices largitur petitiones. Illic reversa est mater asserens promissi benedictionem. Et quarto anno a promissione concepit, & gerit uterum, & accedit ad divinum hominem, benedictionis ostendens manipulos. Quinto autem mense a conceptione, fuit peticulum abortitionis. Illa autem rursus misit ad novum suum Elisium: vetabat enim morbus, ne id ipsum veniret, & ei revocavit in memoriam, quòd nolebat fieri mater filiorum, & ejus promissa adduxit in medium. Ille autem cum procul vidisset venientem, & agnovit, & causam significavit. Nocturnum enim & morbum & salutem ostendit ei Dominus. Accepto igitur baculo venit, ei ininitis, & cum fuisset intra aedes, & pacis salutationem dedisset, ut confueverat, Bono, inquit, sis animo: nec timueris. Consequere enim donum auferet is, qui dedit, nisi tu pacta conventa transieris. Pollicita est autem te ei redditurum eum, qui datus fuerit, & ei consecratam ad divinum ministerium. Sic autem, inquit mater, & ego & opto & volo. Exultimo enim vel imperfectissimum factum esse magis expectandum, quam a Deo alienam filii educationem. Cum itaque aquam accepisset & benedixisset, Bibe ergo, inquit vir divinus, hanc aquam: & senties divinum auxilium. Bibat itaque, ut iussit, & abortitionis periculum effugit. Hæc sunt nostri Elisei miracula. Ego ejus benedictionem & doctrinam sæpè percepi. Me enim adhortans sæpè dicebat: Natus es, o fili, cum multis laboribus. Multas noctes Deum hoc solum perpetuo rogavi, ut tui parentis hoc serent, quòd te nato fuit nominati. Vide ergo, ut

vitam agas dignam laboribus, ut qui antequam nascereris, E promissis fueris dedicatus.

Addamus & hoc, quia non proflus ab simile. Cum Mulier quædam in Territorio Antifiodorensi, ob difficultatem partus, multis diebus periclitaretur, & fortè fortuna eam venisset S. Bernardus, postulanti benedictionem, aquam benedictam misit. Gustavit mulier, & confestim natus est puer. *lib. 4. vita S. Bern. c. 4.*

Simile quid memoriæ prodidit *D. Bernardus de S. Machia Hyberniæ* Primate; nam cum rogaretur, ut femine periclitanti in partu succurreret, sanctus viro porrigenis poculum, cui benedixerat: Vade, inquit, da illi bibere, sciens illam, sumpto benedictionis potu, & sine mora, & sine periculo parituram. Factum est, quod præcepit, & nocte ipsa subsecutum est, quod promissit.

*Loca Demonibus infesta, purgata.*

Vixit sub Mauricio Imperatore S. Theodorus Sicaorum Archimandrita, plurimis miraculis nobilitatus, quorum plurima signo sanctæ Crucis, & aqua lustrali adhibita patravit. Inter cætera, domum Theodori Ducis Regii à Dæmonum infestatione liberavit: Homines enim & animalia rationis expertia ab immundis spiritibus vexabantur, & cum domestici pranderent, aut cenarent, lapides super mensas jaciebantur, ex quo omnes magnus terror invadebat, & mulierum telæ rumpebantur, & tanta murium & serpentum multitudo domum occupabat, ut præ formidine nemo in eam ingredi auderet. Domum igitur Dei servus ingressus, totam noctam psallendo, & Deum obsecrando traduxit, & aqua cui benedixerat, totam domum eam à spiritibus immundis liberavit. *Surii Tom. 2.*

Non ab similibus historia Diabolica vexationis legitur in *vita S. Froilibradii*, Episcopi Trajectensis, scripta ab *Alcuino Flacco*. Contigit enim cuidam patrifamilias & domui suæ dira Dæmoniæc illufionis tentatio, ita ut aperte malignus in ejus domo spiritus, ex hortore & maleficiis habitare agnoscere: nam subito cibos, vel vestimenta, vel alia domui necessaria rapere solebat, & in ignem mittere, &c. Et multa atrocita eadem familia à nefando spiritu perpeffa est, nec à quolibet Presbyterorum expelli potuit, donec vir S. Vvilibrotus à patrefamilias postulatus, aquam illis benedictam direxit, præcipiens, omnem domum illius suppellectilem foras efferri, & aqua illa adspersi, prævidens in spiritu, domum flammis consumendam esse: quibus ita gestis, vacuum domum à loco lectuli ignis invasit, totamque consumpsit. Altera verò in eoloco cum sanctificatione aquæ benedictæ ædificata, nihil ex eo pristinae tentationis reliquum sunt in ea, sed cum omni tranquillitate & quiete degentes, & Domino gratias agentes erant, qui illos per servum suum redimere dignatus est. *Idem Tom. 6.*

Cum S. Hubertus, Leodiens. Episcopus, ad finem vitæ pervenisset, humani generis hostis in ejus ædibus tumultuatis, & varia phantasmata cære cepit. Sed sanctus ad puerum, qui agro ministrabat; Vade, inquit, aqua, quæ sacerdotali consecratione, sale admixto, benedicta, & ad effugandam inimici nequitiam orationis virtute impregnata est, liquorque olei itidem Apostolica auctoritate benedictus, hoc deferatur, quorum aspergine atque litura, mox ita effugabuntur hinc inimici virulenta phantasmata, ut amplius non sua audeat inferre machinamenta. *Ibid.*

Narrat *Fulbertus*, qui res gestas S. Richardi literis consignavit, quomodo Dæmon loca illa, quæ S. Richardus Dominica Cruce muniverat, & aqua benedicta asperferat, attingere non potuerit, repulsi vi sanctæ Crucis & benedictæ aquæ. *Idem Tom. 5.*

S. Ursinus aqua benedicta expiavit loca à Dæmonibus infesta & infestata. S. Gregorius Magnus Monasterium à Dæmonum præstigiis per aquam lustralem immune reddidit. Ur testatur in ejus *vita Ioan. Diaconi, apud Surium Tom. 2.*

*Ex Frodoardo* commemorat *Baronius* Anno Redemptoris 944. hujusmodi historiam. In istem partibus transiens per quosdam pagos ignei globi ferri videbantur in aere, tanquam nullas illuc circumvolantes incenderent domus & villas. A quibusdam verò locis, crucibus oppositis, cum benedictione Episcopali & aqua benedicta repelebantur. Quomodo civitas Moguntina à Cacodæmone infestata, & infestationi depellendæ aqua benedicta cum Litanis adhibita fuerit, invenies in *Chronico Sigeberti, anno salutis 858.*

*Dæmo-*